

## ELECTUARIA.

## ELECTUARIUM ADSTRINGENS.

- ℞. Gummi-Resinæ Kino drachmas sex.  
Sulfatis aluminæ cum potassa,  
Corticis Laurus-cinnamomi ana drach-  
mas duas.  
Syrupi simplicis quantum satis,  
Ut fiat electuarius.

Usus : Diarrhœa aut dysenteria chronica ;  
hæmorrhagiæ.

Dosis : Drachma una , bis terve de die.

## ELECTUARIUM ALCALINO-FERRATUM.

- ℞. Oxydi ferri nigri unciam semis.  
Carbonatis potassæ scrupulos duos.  
————— Calcis,  
Radici Amomum-Zingiberis pulv. ana  
drachmas duas.  
Syrupi corticis flavi fructus Citrus-au-  
rantii quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatæ mane et vespere sumendum.

Usus : Leucorrhœa; chlorosis, aliive morbi ex debilitate aut acido primarum viarum oriundi. ( Præmisso semel vel bis haustu ex Rheo palmato cum guttis quatuor olei volatilis baccarum Juniperi communis ).

## ELECTUARIUM ALTERANS.

℞. Pulpæ Prunorum unciam unam,  
Sulfureti hydrargyri nigri,  
Gummi-Resinæ guajaci officinalis ana  
unciam semis.

Syrupi simplicis quantum satis,  
Ut fiat electuarium.

Interdum, loco Guajaci, additur :  
Nitratis potassæ uncia semis.

Usus : Psora aliive morbi cutanei.

Dosis : Drachma una, bis die.

## ELECTUARIUM ANTACIDUM.

℞. Conservæ Menthæ crispæ unciam unam.  
Pulveris aromatici drachmam unam.

Magnesiæ (vel Carbonatis calcis) drachmas duas.

Syrupi Menthæ crispæ quantum satis,  
Ut fiat electuarium, magnitudine nucis  
moschatae mane et vesperi sumendum.

Interdum adduntur:

Olei volatilis Menthæ crispæ guttæ decem.

Usus: Pyrosis, aliive morbi ex acido  
primarum viarum.

## ELECTUARIUM ANTHELMINTHICUM.

℞. Seminis Artemisia - Santonicæ pulv.  
drachmas duas.

Radicis Convolvulus-Jalappæ drachmam  
unam.

Muriatis Hydrargyri grana sex—duo-  
decim.

Syrupi corticis Laurus-cinnamomi quan-  
tum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis  
moschatae, semel vel bis de die sumendum.

## ELECTUARIUM ANTICACHECTICUM

(WARD).

℞. Radicis Inula-Helenii pulv. uncias duas.

Seminis Anethum-Fœniculi pulv. uncias tres.

Fructus Piperis nigri pulv. unciam unam.

Misce trititando, et adde

Sacchari albi,

Mellis ana uncias duas.

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatae, bis terve de die sumendum.

Usus: Dyspepsia; cachexia hæmorrhoidalis; morbi viscerum pituitosi.

#### ELECTUARIUM ANTISPASMODICUM.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis unciam unam.

Radici Valerianæ officinalis unciam semis.

Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis moschatae, bis terve de die sumendum.

Usus: Epilepsia; chorea; hysteria.

#### ELECTUARIUM CARDIACUM. (Ph. Ed.)

℞. Conservæ corticis flavi fructus Citrus-aurantii uncias tres.

Conditi nucis Myristicæ moschatæ un-  
ciam unam semis.

—— Radicis Amomum - Zingiberis  
drachmas sex.

Corticis Laurus-cinnamomi pulv. un-  
ciam semis.

Syrupi corticis fructus Citrus-aurantiï  
quantum satis,

Ut fiat electuarium.

## ELECTUARIUM DEOBSTRUENS.

℞. Pulveris Scillæ compositi,

Gummi-resinæ Ammon,

Tartritis potassæ ana drachmas duas.

Muriatis ammoniacæ scrupulum unum.

Syrupi Cinnamomi quantum satis,

Ut fiat electuarium.

Usus : *Physconia abdominalis*; *hydropes*;  
morbi viscerum pituitosi.

Dosis : Drachmæ duæ, ter de die.

## ELECTUARIUM LAXANS.

℞. Pulpæ Tamarindorum (vel Prunorum)

uncias tres.

Foliorum Cassia-Sennæ drachmam unam  
semis.

Nitratis potassæ,

Sulphuris præcipitati ana drachmas tres.

Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii  
quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis  
moschatæ vel juglandis, semel aut bis de  
die sumendum.

Usus : Dolor aliave symptomata morbosa  
ex tumore vasorum hæmorrhoidalium  
orientia ; obstipatio habitualis.

#### ELECTUARIUM ROBORANS.

℞. Corticis Cinchonæ officinalis unciam  
unam.

~~—~~ Laurus-cinnamomi drachmam  
unam.

Oxydi ferri nigri drachmas duas.

Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii  
quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis  
moschatæ, bis vel ter de die sumendum.

Usus: Leucorrhœa; atonia generalis; ataxia;  
flatulentia.

## ELECTUARIUM SEDATIVO-ADSTRINGENS.

SYN. *Confectio Japonica*. Ph. ED.

℞. Gummi-Resinæ Mimosæ Catechu un-  
cias quatuor.

Gummi-Resinæ Kino uncias tres.

Corticis Laurus-cinnamomi,

Nucis Myristicæ moschatæ ana unciam  
unam.

Opii, in vini albi Hispanici quantum satis  
soluti, drachmam unam semis.

Syrupi Cinnamomi, ad mellis consis-  
tentiam inspissati, libras duas.

Ut fiat electuarium.

NB. Drachmæ tres hujus Electuarii  
continent granum unum opii.

## ELECTUARIUM STOMACHICUM.

℞. Conservæ corticis flavi fructus Citrus-  
aurantii uncias duas.

Radiciis Rhei palmati drachmam unam  
semis.

Radicis Ari maculati,  
 Pulveris aromatici ana drachmam unam.  
 Oxydi ferri nigri scrupulum unum.  
 Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii  
 quantum satis,

Ut fiat electuarium, magnitudine nucis  
 moschatæ semel, vel bis de die, aut alter-  
 nis noctibus sumendum.

Usus: Dyspepsia; flatulentia; atonia ven-  
 triculi.

ELECTUARIUM STOMACHICUM  
 ALTERANS.

℞. Radicis Acorus-Calami,  
 ——— Maranta-Galangæ,  
 Fructus Piperis nigri ana unciam unam.  
 Syrupi corticis fructus Citrus-aurantii  
 quantum satis,

Ut fiat electuarium.

Interdum additur:

Oxydi ferri nigri uncia dimidia.

Usus: Atonia ventriculi; dyspepsia aut  
 cardialgia podagrica; colica flatulenta.

Dosis: Drachma una bis die.



## ELECTUARIUM THERIACALE.

Theriaca Andromachi correcta (Ph. SUEC.)

℞. Radicis Angelicæ Archangelicæ uncias octo.

———— Gentianæ luteæ uncias sex.

———— Valerianæ officinalis uncias tres.

———— Kaempferiæ rotundæ,

Seminum Amomum - Cardamomi ana uncias duas.

Stigmatum Pistilli Croci Sativi,

Extracti Glycyrrhizæ glabræ,

Gummi-Resinæ Myrrhæ,

Opii, ana unciam unam.

Syrupi simplicis (vel Mellis) uncias septuaginta quinque.

Extractum Glycyrrhizæ, Myrrha et Opium, vino Hispanico diluta, primo misceantur cum syrupo vel melle paululum calefacto; deinde, sub continua agitatione, paulatim adjiciantur cætera, in pulverem tenuem trita.

Si diu servata inarescit, vino Hispanico admixto humectetur.

NB. Scrupuli quinque continent opii granum unum.